



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. VVandregisili Abbatis, Ex ea quæ optima fide extat apud V. P.
Laurent. Surium. Quo tempore obierit, patet infrà.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42728

236 VITA S. VVANDREGISILI ABB.

Vide Tom. VITA S. VVANDREGISILI, ABB.
S. Annal.
C. Baron.

tis, Ex ea quæ optima fide extat apud V.P.L
rent. Surium. Quo tempore obierit, pati
frā.

22. Julij.
Pater eius
VValtchifus
in regione
Virdunensi.

Pit Comes
Palaij.

Cam Sponsa
nobilissima
seruat corpo-
ris integrita-
tem.

PRAECLARVS atque gloriosus vir D
mini VVandregisilus, cognomento Vva
do, in Virdunensi regione, nobilibus a
modum parētibus ortus, patre nimirum VVa
chiso, Pipini, excellentissimi Principis Franc
rum consobrino, primū sub Dagoberto re
militaribus aulicisq; nobiliter fuit educan
disciplinis. Cumq; cum ætate, indolis presta
tia omnibus admiranda paulatim accrescer
multaque de se virtutis militaris indicia mi
mè vulgaria præberet, Dagobertus rex reg
suæ Comitem eum constituit, & multipliciter
auctum honoribus indies ad maiora prouex
Cùm verò & ætas & dignitas nuptijs matura
set, parentes illi virginem quandam, licet in
to, nobilissimis natalibus ortam desponsarunt
solennique more nuptias celebrarunt. At Vva
dregisilus, virginei floris amantissimus, me
sponsæ virginitatis integratem suadere, caff
tatis munus prædicare, suauissimum Christi
morem inculcare, modisq; omnibus conan
vt thorum ad extremū vitæ spiritum odore vir
gineq; castitatis redolentem immaculatum con
seruent. Sponsa verò castissimis monitis exhi
larata, supernoque lumine illustrata, Quæso te
inquit, nobilissime virorum, vt quæ ore pro
mis, actu explere non differas, meq; famulan
tuam æterni Regis castris committas. Tum illi
mirificè de casta illius voluntate gauisus, abie
cto v-

stoyestiu
uitutem p
velo piæ re
monasteri
te cur sum
tisvirtutib
ipseverò, r
mnibus sec
in loco, q
cum hoste
infidias &
Cùm au
frangere n
que animo
tuto eum r
molestias f
accersiri, &
iubet. Nec
auxilio: cu
que aduers
fo regias fe
palatij sub
vehiculo, c
immersum
alij cachin
equo, cui i
pauperi m
ne ingenti
stolidorun
luto foeda
ritatis eum
optimo co
lumnias su
sequo anim

do vestium splendore, sacro habitu Christi seruitum professus est, sponsamque virginem, velo piæ religionis opertam, sacrarum virginum monasterio illicò traxit sociandam; quæ viri cursum sanctitatis opinione celebrem multis virtutibus atq; miraculis exornasse dicitur; ipse verò rebus suis in pauperes distributis, o- *In monte*
mibus seculi curis atque impedimentis nudus, *Falconis sic*
in loco, qui Mons Falconus dicitur, viriliter *monachus*.
cum hoste antiquo certamen instituit: eiusque
infidias & oppugnations egregiè sustinuit.

Cum autem inuidus pios eius conatus perfrangere non posset, protinus Regis procerumque animos concitauit, ut ab illo viuendi instituto eum reuocarent, atque pristinæ dignitatis molestias subire compellerent. Itaque Rex eum accersiri, & suscepti instituti rationem reddere iubet. Nec recusauit VVandregis filius, Dei fretus auxilio: cuius opem iam antè in angustijs rebus que aduersis præclarè expertus fuerat. Cum vero regias festinus properaret ad ædes, antè fores palatijs subito offendit pauperem quedam cum vehiculo, quod ei sola erat domus, luto miserè immersum. Cumque alij miserum præterirent, alij cachinnis, vt fieri solet, exciperent, ipse de equo, cui insidebat, cum grauitate descendens, pauperi manum porrexit, & plastrum non si-
Officiorē suam operā nouat paupe-
neingenti molestia de luto leuavit. Id quidam stolidorum conspicati, simulque amictum eius luto sedatum cernentes, vanæ gloriæ & temeritatis eum insimulare non sunt veriti. At ille, optimo conscientiæ suæ testimonio fretus, calumnias surda aure pertransibat, opprobriaque a quo animo tolerabat; cum ecce Angelus Domini

*Angelico mi-
nisterio eius
vestes mun-
dantur.*

*Construit
monasterium.*

*Mira eius
inedia.*

mini vestem eius mundare est visus, multo
quām antē candidiorem reddere. Ea res cū Ra
innotesceret, cerneretque Dei famulum mi
simis præditum moribus, perditorum homi
calumnijs nihil moueri; honorificè à se dim
sum pietatis ac religionis operibus liberè va
re permisit.

Regia igitur auctoritate securus vir Dei, in
lisgangiū commigravit territorium, vbi mo
sterium in possessione propria construxit; qui
deindē maximarum virtutum studijs celeben
num reddidit. Ibi namque vigilijs, iejunij,
orationibus viriliter infistens, clarissimos
hoste triumphos egit. Inediae adeò patiens en
vt tota hebdomada, exceptis prima & quin
sabatti in cibū potumve admitteret nihil. Qu
dam verò nocte dū obuolatus de more cilic
mēbra quieti dedisset, angelico ductu Bobic
in Italia monasteriū lustrauit, diuinoq; hoc m
nitus est oraculo, vt ob explorandam arction
continētiā semitam talia loca inuiseret. Tribu
igitur pueris itineris sui comitibus & asello a
sumptis, Alpium iuga transmisit, Bobiumq; in
gressus, à discipulis B. Columbani peramans
est exceptus: vbi multa futurorū præsagia po
ris intimanda à Deo cognouit. Inde verò celeb
iterum monitus oraculo Romam petijt, vbi vio
tis omnipotenti Deo ritè persolutis, denuo pe
Alpes ad Gallica rura iter conuertit. Cùm aut
transcensis Alpibus, hospitijs causa monasteri
quoddā Romanis nuncupatū ultrā saltū Iure
sem situm peteret, sanctissimis monachorū isto
rum disciplinis vehementer delectatus, eorum
se militiae adiūgit, annisq; admodum 10. spiritu

lia ibide
tum suan
noribus,
Christi s
xit: calef
Eoder
gis, filij L
thomage
sanctitat
tus VVan
vt occide
magum p
uereter c
accepto
munere:
fibi impo
præsul en
censuit.
rum hon
stibus fr
re, & via
go, vni C
fus, affic
chinoal
gnam so
loco flue
termino
auxit. Tu
cessit, cr
care ann
uei Reg
Tam ve
perfecti
clariori

lia ibidem stipendia fecit, suauissimoque virtutum suarum odore multos è medijs mundi honoribus, ac certissimis animarum periculis, ad Christi seruitutē & viam salutis æternam adduxit. *Decem annis in monasterio quodam sanctissime visione cœlesti videlicet ibidem quandoque consolatur.*

Eodem tempore, anno tertio Clodouei Regis, filij Dagoberti, Audoenus sedem urbis Rothomagensis adeptus, doctrinæ munere & virtute fastitate celebris habebatur. Cuius fama excitus Vandregis filius, simulque in visu admonitus occidentalia Galliæ reuiseret loca, Rothomagum peruenit; ubi ab antistite venerabili reverenter exceptus, sacris est initiatus ordinibus; *Initiatur sa-
ceptoque; etiam paulò post sacræ benedictionis cris ordinis
munere: eximia cum laude explebat ministeria bus.*
sibi imposita. Quamobrē memoratus gloriosus præful eum in urbe secum perpetim retinendū censuit. At verò egregius Dei cultor, mundanorum honorum fastidio laborans, ut tutius cœlestibus frueretur, secreta eremi ardenter expetere, & viam oēm tentare, ut excusso seruitutis iugo, vni Christo, ab hominum cōsuetudine auifus, assiduò militaret. Talia volenti animo, Erchinoaldus vir religionis studi oīissimus, magnam soli partem, quam veteres, ob riuum in eo loco fluentem, Fontanellam vocabant, cōtulit, terminosq; monasterio cōstruendo aptissimos auxit. Tum vir sanctus, ciuitate relicta, eō concessit, cum nepote suo Godone: ac cœpit ædificare anno Dominicæ Incarnationis 645. Clodouei Regis II. sedente beatissimo Papa Martino. Tam verò solerti studio, tantaque industria perfectum est, ut penè illo in tempore alijs præclarioribus cœnobij cœquaretur.

Et qui-

Construit
Fontanellensem
monasterium, & con-
gregat trecentos mona-
chos.

Betto dum
vult virum
Dei confode-
re, diuinus
punitur.

Conuertit
multos popu-
los ad Chri-
stum.

Et quidem non multò post, spectata vita
 rumq; sanctimonia, trecentos haud infima co-
 ditione discipulos ibidem congregauit. Pon-
 complures alias vir Domini ædificauit basi-
 cas egregij operis: quas sanctorum reliquias
 Romano Pontifice impetratis insigniter exo-
 nauit. Accidit autem die quodam, vt Betto quodam
 custos regij saltus, loco illo, in quo fratres
 manibus victui necessaria comparabant, cede-
 ab ijsdē compelleretur: vnde liuoris peste co-
 reptus, simulque dæmone plenus, viro Dei la-
 cea ad necem inferendam prompta occutri-
 sed mox vltio diuina dexteram labefactans,
 sum insuper à dæmone arreptum humi strau-
 quem vir sanctus, eius misertus, prolixis pre-
 bus tandem erexit, sanumq; ad propria a-
 dimisit. Claruit & prophetiæ spiritu ita: vt quin-
 ventura essent, plurimis indicarit. Alijs præte-
 ræ miraculis admodum clarus extitit; sed nulli
 maior illius laus, quam quod ingentem popul-
 multitudinem nefaria idolorum superstitione
 conflictantem Christi cognitione illustrauerit
 & diabolicae seruitutis iugum ceruicibus illo-
 rum excusserit, assiduisque monitis in viam in-
 stitiae sine ullo errore perduxerit. Erant & om-
 nes Caletorum populi adeò vita & moribus el-
 ferati, vt præter Christianum nomen haberent
 nihil, quod eorum religionem à gentilium dis-
 tinguueret. Eos vir diuinus à mentis cæcitate &
 insanientis animi temeritate, ad tantam vita
 modestiam & purum adeò religionis adduxit
 cultum, vt in ijs cælestis quædam respub. diui-
 nis opibus florentissima cerneretur. Nec minor
 illi cura, vt afflitos & pauperes, & consilio &
 opib

opibus re-
 pia pressis
 His vir-
 tum & no-
 triæ cælesti
 mis vitæ si-
 dem vltim
 ne, cum ia-
 instaret te-
 piternæ quæ
 animæ cæl-
 mini 665. i.
 liani Papa
 militer vn
 Corpus ei-
 liab eo co-
 annis 40.
 requieuit.
 ino Tarua
 nobij Abb
 corpus, se-
 rat, ita ab
 si codem
 multorum
 clesiam tr
 MARTI
 uenati
 lorum F
 75. Lim
 C V M
 me
 stia
 remq; c

opibus recrearet, & se suaque omnia cum inopia pressis benignè communicaret.

His virtutum insignibus egregie clarus, sextum & nonagesimum impleuit annum, cum patriæ cœlestis desiderio accensus assiduis lachrymis vita peregrinationem deplorabat. Tandem ultima imò salutifera correptus ægritudine, cum iam gloriosum beatæ consummationis instaret tempus, cœlesti munitus viatico, sempernæque beatitudinis prægustata dulcedine, anima cœlo reddidit, anno ab incarnatione Domini 665. indictione octaua, Pontificatus Vitaliani Papæ II. ac Tertij Clotarij Regis anno similiter vndeclimo: sedis verò suæ 26. inchoato. Corpus eius fuit in ecclesia beati Pauli Apostoli ab eo constructa honorifice conditum; ubi annis 40. admirandis virtutum signis clarum requieuit. Postea verò à Domini quippe 719. Barnino Taruanæ urbis antistes, & Fontanellæ coenobij Abbas, reserato monumento, non modo corpus, sed & vestimenta quibus inuolutum erat, ita ab omni corruptione integra reperit, ac si eodem planè die tumulatum fuisset; quod multorum gaudio & lacrymis, in beati Petri Ecclesiast transtulit.

MARTTRIVM S. APOLLINARIS RA. Vide C. Baronijs Annals Tom. I & not. in martyrolog. Rom.

CVM Petrus Apostolorum princeps, Roma 23. Iulij. me, diuini verbi prædicatione rem Christianam mirifice multiplicaret, Apollinarem Rauennasq; discipulum Christianæ disciplinæ cognitio-